Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

Epist. IV.

urn:nbn:de:bsz:31-131303

Visual Library

torius, μισθὸς χειρῶν, manuprecium. *Nam juxta Moſchopulum*, τὸ ἐπὶ κόπῳ λαμβανόμενον, μισθὸς λέγεται *Luc.* 10, 7. & 1. *Timoth.* 5, 18. ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστιν. *Euripid. Rheſo*: πονοῦντα δ' ἄξιον μισθὸν φέρεσθαι. *Locare ſuas operas, eſt ſervire alicui pro mercede.*

Ibid. Habere me hic nonnullorum gratiam) *Hujuſmodi formulæ coacervari hic plures poſſent è Symmacho; niſi ſuper his plura replicare ſuperforaneum ſtatuerem.*

Viſcera. *Pagin.* 295. Ut mea viſcera) *Hebræi viſcera* τὰ σπλάγχνα *uſurpant, cum abundantiam amoris ſignificare volunt. Rittersh. ad Oppian. p.* 212.

Epiſt. II.

Pag. 297. Pediſſequa novi honoris) *Commentar. Terent. pag.* 648. *Diodor. Siculus lib.* 19. ταῖς εὐτυχίαις οὐ μόνον ῥαθυμία καὶ καταφρόνησις εἴωθεν, ἀλλὰ καὶ ὑπερφρόνησις, καὶ μεγαλόνοια. *Vide Hypomn. Camerarii ad Theognid. V.* 153.

Epiſt. IV.

Paterna reverentia. *Pag.* 301. Etiam in bona cauſa humilis) *Decorè admodum D. Chryſoſt. hom.* 2. *ad. Tim.* 2. *c.* 1. ὁ πατέρα τις ἔχῃ, κἂν μυρία ἔχῃ δεινὰ, πάντα συσκιάζει. *Patrem qui habet, etſi mille patiatur incommoda, omnia patris reverentiâ comteget. Nam ut eſt apud Stobæum tit. de honor. parent.* πιττακὸς παρακαλούμενος ὑφ' ἑνὸς μὴ πατρὶ δικάσασθαι. εἶπε πρὸς αὐτόν. εἰ μὲν ἀδικώτερα μέλλεις λέγειν τοῦ πατρὸς, καταγελασθήσῃ εἰ δὲ δικαιότερα, διὰ τοῦτο αὐτὸ ἄξιος, εἰ καταγελασθῆναι. *Pittacus*

cus filium admonens, ne cum patre in judicio litigaret, his verbis uſus eſt: Si patre iniquiora dixeris, damnaberis, ſin æquiora, vel ob iſtud damnari dignus es. Et rectius noſtro Salviano. *Calp. Flaccus. declamat. 21.* Cede fratri, cede vel patri. Victor eris, crede, ſi ceſſeris. *Gruter part. 1. Diſcurſ. p. 24.*

Pagin. 306. Sed interdum etiam non ſperata largitur) *Lege D. Bernhard. ſerm. 5. in Vigilia. Nat. Domini ſub finem. Euripid. Medea Alceſt. Andromach. Bachar. Helena extremo.* *Dei liberalitas.*

πολλῶν ταμίας ζεύς ἐν ὀλύμπῳ
πολλὰ δ᾽ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.
καὶ τὰ δοκηθέντ᾽ οὐκ ἐτελέσθη.
τῶν δ᾽ ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.

Ibid. In acie ſtamus) παρ᾽ ἀσπίδα στῆναι, *id Medea eſt apud Euripidem.* *Stare in acie*

Pag. 307. Ne neceſſe habeant vindicare) *Vide, quæ in epiſtolæ hujus fine.*

Pag. 310. Nihil de ultione.) *P. Faber. 3. Semeſt. cap. 16. pag. 221.*

Epiſt. V.

Pag. 311. Diutiſſimè eſſe) *Id eſt, vivere ſupra lib. 6. de gubern p. 223.*

Ibid. Cujus fortitudo) *Mox in hac epiſt.*

Ibid. Defæcatæ mentis) *Liquet, turbido, & fæcato opponitur Plaut. Pſeud. ſc. dulcia:* Nunc liquet, nunc defęcatũ eſt. *Hinc animus defæcatus* *Defæcatus.*